



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

6 Spolia ecclesiastica, quae dicantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

at ultra quantitatem, de qua facultatem habuerunt, condito, decesserunt & decesserunt, ad cameram Apostolicam, non ad alios, etiam in quibusvis aliis ecclesiis, monasteriis, cæterisque beneficiis ecclesiasticis, cum cura, & sine cura secularibus, & quorumvis ordinum regularibus, spectare, illaque, tanquam ad ipsam cameram spectantia perpetuò colligi ac recuperari posse, & debere, ut in ead. extravag. Paul. 111. ibi motu proprio eod. Bull Rom pag. 420. eod. cap. 32.

6 Spolia ¶ enim hoc casu sunt bona ab ecclesiastica persona quæ sita, immediate, vel mediate ex bonis ecclesiasticis, quæ non fuerunt ante mortem eius iustè impensa, nec facta jure patrimonialia, nec quæ sita alii irrevocabiliter, vel, quæ sunt ex illicita ejus negotiatione comparata, eorundemque beneficiorum fructus, seu redditus debiti, & inexacti. Navar. dict. comment. de spol. cleric. §. 1. num. 2. quæ spolia, ut bene refert Paulus in d. extravag. antiquis temporibus à camera Apostolica recipiebantur, ut per Rot. decis. 41. in principio. de probat. in antiq. Calder. decis. 1. de pecul. cler. Guid. Pap. decis. 110. Boer. decis. 224. & alios quos citat Navar. in eod. comment. de spol. cleric. §. 9. num. 1. vers. tertii; ex quibus satis constat de reservatione ¶ facta à Papa, cui omnium bonorum ecclesiasticorum spectat administratio, etiam de jure divino. S. Thom. 2. 2. quest. 100. art. 1: Innoc. in cap. noverit, num. 2. de sentent. excom. Card. in cap. perpendimus, numer. 12. eod. tit. & Navar. in d. comment. §. 9. num. 2.

8 Bonorum ¶ ecclesiasticorum quatuor sunt species, scilicet, sacramenta, vasa sacra, ornamenta sacra, & bona ecclesiasti-

ca deputata pro hominum sacrorum sustentatione. S. Thom. 2. 2. quest. 99. art. 3. & quolib. 6. art. 12. & 2. 2. quest. 135. art. 4. & Navar. de red. eccles. mon. 18. num. 1. & 2. quest. 1.

Quorum prima, ¶ videlicet, sacramenta, uti spolia, cameræ Apostolicæ applicari non possunt, cum sacramentum sit invisibilis gratiæ visibilis forma, cujus similitudinem gerit, & causa existit cap. sacrificium, de consecrat. dist. 2. & Grass. decis. aur. cap. 1. num. 4. par. 2. lib. 1. Vnde in bonis nostris sacramenta esse non possunt, Nullius autem sunt res sacræ, & religiosæ, & sanctæ. Quod enim divini juris est, id nullius in bonis est, s. nullius. insit. de rer. divis. Nec ultima species, quia bona ecclesiastica pro clericorum sustentatione deputata non cadunt in spolio, ut tot. tit. de reb. eccles. non alien. Et, cum dubitaretur, nunquid vasa sacra, & ornamenta sacra secundæ, & tertiæ speciei venerint in spolium, Pius V. sancto zelo ductus, quò ab usibus, scandalisque provideret, & beneficiorum indemnitati, animarumque quorumlibet salutem consulere, quænam sub spolio cadant, motu proprio, ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine sua perpetuò valitura constitutione statuit, & ordinavit, ac decernendo declaravit.

10 Primò, ¶ quòd omnia, & singula ornamenta, & paramenta, ac vasa, nec non missalia, & gradualia, ac cantus firmi, & musicæ, aliisque quomodolibet nuncupati libri, & aliæ res sacræ, etiam auri, & argenti, ac quæcunq; alia bona per quoscunq; prælatos, & alios quoscunq; beneficia ecclesiastica, cum cura, & sine cura, secularia, & quorumvis ordinum regularia, quomodo